182

eandem Matrem suam a debitoribus patris sui receptis alijsq[ue] quibusvis extensionibus Clausulis coniunges ob p[rae]dictam sufficientem satisfactionem et transactionem quietat emittit et ab eodem Inventario rerum Omnibus Mobilibus in p[rae]sente causa exparatis liberos fecit Processum cum toto eius effectu cassat et annihilat perpetuo silentium sibi et suis successoribus ratione p[rae]missorum imponendo Pacem tuitionem et evictionem Omnimodam a p[rae]fato fratre suo cavet et se pro eodem inscribit sub Vadio in intercisa expresso. Et coram officio p[rae]senti Castren[si] Brancen[si] in primis Castren[sibus] Terminis peremptoria responsione ac satisfactione Omnibus in Universum iuris remedijs se et suos successores ab[s]scribendo et abrenunciando.

Zemioicka Plenipoten.

Coram off[ici]o et Actis p[rae]sentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Brancen[sibus] pl[enari]e comparens Ma Dorothea filia olim Joannis Kre[...] consors M[agnific]i Gabrielis Zempicky cum Moderni Mariti sui personali assi[sten]tia et consensu p[rae]sentaneo sana mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobiles Valentinum Gidlewsky Lucam Kulensky Jacobum Kuczynsky Joannem Wilcopolsky et eundem Maritum suum Ad Omnes Causas et Actiones suas iudicianas coram quovis Judicio et Officio Regni tam Terr[estri] quam Castren[si] ratione quarumcunq[ue] differentiarum cum quibuslibet personis agitatas et agitandas ad decursum Trium annorum immediate se sequentium in suos Veros et legitimos Plenipotentes elegit inscribit et ordinat. Dans et concedens eisdem Plenipotentibus suis sive cuivis eorum Omnimodam potestatem et absolutam facultatem Causas generaliter Omnes per integrum Triennium promovendi instituendi proponendi tuendi defendendi controvertendi Decreta suscipiendi a contrarijs appellandi, iuramenta attentandi Poenas sibi adiudicatas levandi de levatis quietandi Intromissiones bonorum suorum in p[rae]dictis decretis offerendi Processus continuandi et ad debitam executionem deducendi aliaq[ue] Omnia munia Actoris Plenipotentis de iure spectantia exercendi Permittens se id totum quicquid per eosdem Plenipotentes suos sive quemvis eorum in Causis suis iuxta factum et constitutum fuerit pro rato et grato suscepturam non secus ac si ipsamet ea Omnia sua in persona constituisset.

G. Karznicki Testamentum Aniorcha

Coram off[ici]o et Actis p[rae]sentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Brancen[sibus] pl[enari]e comparens

Gnosus

Gnosus Nicolaus de Grannow Karznicky sanus mente et corpo-
re exsis palam publice ac libere recognovit Quia ipse Testamen-
tum ultimae voluntatis suae de data die hodierna conscriptum
manu sua propria subscriptum in Omnibus eiusdem Testamenti
182 punctis Conditionibus clausulis approbat confirmat ratificat
illudque pro rato et grato per successores suos habere inviolabiliter
vult et declarat ac in Executores promotores Patronos
Administratores tutores eosdem quos ut supra assignat
et inscribit ac in locum olim Gnosi Alexandri Wyszlewsky
Subdapifere Terrae Bielscensis defuncti Gnosum Martinum
Jarzyna supplet et assignat Salua Nihilominus eiusdem
Testamenti et ordinationis praedictae immutatione correctione
tum et eiusdem cassatione quovis tempore coram quibusvis
actis durante duntaxat vita sua sibi recognoscenti
pro libitu suo in pleno robore asservata:

Malinowski Approbatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Drohicen. personaliter comparens
Gnosus Joannes Michael de Malinowo Kalnica Malinowski
olim Gnosi Jacobi Malinowski filius in eadem Malinowo Kal-
nica sortium suarum haeres et bonorum Brzezie in districtu Ostel-
mensi obligationibus possessor Sanus mente et corpore exsis palam publice
ac libere recognovit Quia ipse recognitiones duas Omnino eiusdem
essentiae utrasque manu sui recognoscenti propria scriptas et subscriptas
ac sigillo obsignatas de Actu et data in Malinowo Kalnica
die Secunda Augusti Anni praesentis Millesimi sexcentesimi Quadrage-
simi Secundi confectas ad Manus Unam Gnosae Dorotheae de Brze-
znica Bykowska consortis suae legitimae Alteram ad Manus
Gnosi Andreae Buchalsky Gnosi Jacobi Buchalsky filii datas
assignationem et nominationem tutorum Gnosis Agnetis Alexandri
Elizabethae et Annae Petronellae Malinowskiorum filio et filiabus
suis cum praedicta Gnosa Dorothea de Brzeznica Bykowska
conte sua propria procreatis in se continentes fusius Omnissa enar-
rantes in Omnibus illarum punctis et conditionibus approbat
confirmat et ratificat praesentibus Salua Nihilominus earun-
dem recognitionum et ordinationis earundem praesentibus immuta-
tione correctione tum et earundem cassatione quovis tempore
coram quibusvis Actis authenticis durante duntaxat
vita sua sibi recognoscenti pro libitu suo in pleno robore reser-
vata Actu sua personali recognitione in praemissis mediante.